

Cum in proximè precedenti Cong. omnium consensu contributa essent nonnulla, quae circa efficaciam græ frequentis, apertissima sunt, nec tñ circa modum determinationis voluntatis, per eandem grām, et distinctionem auxilij efficaci, et sufficientis, contribisset, qua in re esset dissentio. Illiusmodi. Sicut. Madrucci, utriusque parti præcepit, ut proponeret ea, in quibus unaquæque putaret esse discrepantiam, ut tandem ex responsionibus utriusque partis dissentus dignoscerebatur. Idcirco nos ex libris, et scriptis, ac testibus in Hispania, et Roma editis collegimus quing. propones, in quibus Laes. Predicatores, à nra sent. dissentire putamus. Ad quas cupimus, ut ipsi respondeat, an ista eas aut omnino, aut aliqua ex parte probis agnoscant, an contra rejiciant. Nos. n. eadem ratione ad ea respondebimus, quæ fuerint nobis, tanquam nostra proposita. atq. ita de ijs in quibus dissentimus, facilius contabit. neq. necesse erit in ipso Congressu tempus contumere in eligendis ex utroque utriusque sent. propositionibus, de quibus inter nos minimè convenire videatur.

Propones, quibus circa 1<sup>am</sup> questionem de efficacia gratia nra sent. continetur.

1<sup>a</sup> Ad pietatis opera, quibus homo disponitur ad iustificationem, necessarius est auxilij frequentis græ efficaci, per quod Deus facit ut homo convertatur, et pie operetur. Quod quidem auxilij internum est. à Deo immixtum, voluntatiq. et intellectui in-  
linsecum, et donum peculiare, distinctum ab auxilij sufficienti, nec se tenet solum ex parte obiecti, sed et ex parte potentia.

2<sup>a</sup> Efficacia huius auxilij non consistit in qualitate, aut motione, quæ physice præ-  
determinet hominis voluntatem ad consentiendum, aut quæ talis sit natura, ut cum eius entitate voluntatis dissentus coniungi non possit, sed consistit in super-  
naturalibus, ac congruis Dei excitationibus, et inspirationibus, quæ ad vocat.  
voluntatem revocant, quibus Deus intellectum illuminat, et voluntatem inclinans  
do, et gradando movet ea ratione, qua videt ei congruere, ut vocatem  
non respuat.

3<sup>a</sup> Unde hæc efficacia frequentis græ propter entitatem, et vim supernaturalem

quam à Deo accipit, necessario et requirit, ut ea homini tribuatur in illis circumstantiis, in quibus praevidens Deus ita aptari, et congruere voluntati, ut per eam promoveatur, sit infallibiliter praestitura consensum.

Ad Præter eam gratiam praevenientem efficacem, quae in praedictis vitalibus Dei motibus contribuit, nulla alia nec propter indifferentiam voluntatis, nec propter subordinationem eam 2<sup>a</sup> ad primam, requiritur motio physica distincta gratia comitante, quae sit ultimum actus primi complementum ad utrumque sufficienter necessarium. Est tamen necess. gratia comitans Dei adiuvantis et cooperantis, qua una cum lib. arb. praeam actionem eliciat ac simul eo, ut causa tamen praecipua eius determinationem efficiat.

3<sup>a</sup> Procedit autem aux. efficax ab aeterno, et absolute voluntatis Dei decreto, quo in actibus, quibus homo convertitur in partem voluntatis ante praevidentiam boni usus lib. arbitrii absolute futuri, non tamen ante praescientiam eiusdem boni usus praecogniti futuri sub eae cond. si liberum arbitrium tali gratia in talibus circumstantiis moveretur. quod aeternum decretum Deus executioni mandavit in temp. non quidem per aliquam motionem, quae physice voluntatem praedeterminet, sed spiritualis illas inspirationes, et motiones voluntati congruas ut consentiat, et per gratiam comitantem modo supra explicatam.